BRITISH LIBRARY LONDON SERVICES.

*Reprographic Section.*
*Great Russell Street, London, WC1B 3DG.*

DEPARTMENT: MANUSCRIPTS

ORDER NO: 9350728

SHELFMARK: ADD. 27584

SCHEDULE NO: /

AUTHOR: /

TITLE: JOH. DE RUPESCISSA DE QUINTA ESSENTIA ETC. (SELECTED PAGES)

PUBLISHED: /

DATE FILMED: AUGUST, 1993

REDUCTION: 8 X

27,584.

Purchased of Messrs Boone
9 Febr 1867.

periculum et malicia spasmi. Et quia spasmus
secundum sapientes prouenit ex lesione et debili-
tate neruorum sicut patet aliquibus ex medici-
nis ex elleboro sumptis, nihil efficacius spas-
mum ledit quam nobilissima quanta tenta et
in eius absentia ... Deo gratias.

Solsequium herba est omnibus nota
Collige ergo huius herbe flores et
folia in mense junii hora diei sexta ad pon-
dus libr. vi. contunde totum simul, et cum
toto succo fac siccare. repone massam in
olla rudi habentem sex minuta foramina
in coperculo et repone ad solem ab hora prima
usque ad horam sextam eiusdem diei et hoc
fiat per sex dies. Completis autem diebus
sex pone intus seri caprini libr. xi. et ster-
coris canini puluerizati ʒ. iiij. et iterum
repone in sole per omnia ut prius. ut tamen modo
per tres dies. quando autem uolueris uti hoc
diuino medicamine cola et exprime secundum
dosis quantitatem qua adhibere uolueris. mo-
dus autem exhibitionis est iste ydropi-
co desperato dabis in potu ʒ. i. et ß. in hora



diei sexta et ilico coram omnibus presentibus detur
et sine dubio sanabitur. Item eadem hora do-
sis ʒ. i. exhibita ictericos in momento sanat.
Item in eadem hora de eadem potione exhi-
bite ʒ. iii. si admisceatur decoctio castorei
+ helisfagi in vino facta eadem dosi subito cu-
ratur. Et nota quod quantumque tremulus fuerit
statim quiescit, et eius morbus membra
exoptabuntur. hoc autem precepi nemini
dicere. Item eadem hora dos. ʒ. ii. exhi-
bita mulieri quantumcumque fuerit antiqua
menstrua educit. Item eadem hora exhibi-
ta dos. ʒ. iii. cum puluere psilii combusti
lienteriam et disinteriam ilico curat.
et dyariam et omnem dispositionem et sub-
uersionem prauam stomachi. Item eadem
hora dosis exhibita ʒ. ii. cum cerebro pa-
uonis appopleticos et epylenticos curat.
Et nota quod uidi appopleticum trium dierum
subito curatum fuisse. et hoc in melenti
da regione, in quo non perpendebatur nec
sensus nec uita et hanelitus quantumcumque
medicus surrexit cum tali impetu quod

astantes timuerunt ipsum esse obsessum appre-
hendi ipsum et feci suffumigium de aroma-
tibus et ipse conualuit.

SEMPERVIVA uel barba Jouis
est herba satis nota. Recipe ergo her-
bam hanc in hora tertia noctis de mense ma-
dii et contunde ipsam et contusam pone in
olla plumbea supinus in cohopertulo habentem .ix.
foramina minuta admodum athomi et pone
cum mellis optimi dispumati libris quatuor et
media et pone per nouem noctes ad papilea
idest lunam plenam usque ad tertiam horam
noctis et repone et utere. Et est dosis eius
ʒ .ii. hora noctis .iii. cum aqua fontis exhibita et
sit fons perennis et uiuus, ilico curat fre-
neticos et maniacos et dispositione eorum et
omnem prauam alienatione mentis. Item dosis
eius ʒ .uii. cum sanguine galli statim curat
ab omni uenenoso morsu. Item dosis eius ʒ .i.
cum ouis formicarum mulieribus exhibita
facit eas pedere seu bombizare per triduum etc.

MARRUBIUM herba est satis no-
ta. huius itaque herbe due sunt



species album et prasinum. Collige ergo huius
herbe libras quinque hora prima diei artificialis
et de mense Aprilis herbam cum radice con-
tunde totum et pone massam contusam in
olla cuprea foramen habentem unicum in super-
ficie minutissimum et impone uinum for-
te et clarum et pone per diem usque ad primam
et repone oriente sole et utere hoc diuino
et excellentissimo medicamine. huius ergo
dosis hora prima exhibita ʒ .iii. et ss cum lacte
mulieris puellam lactantis in mortero curat
dismaticos, asmaticos. ptisicos, empicos. et eme-
thoicos. Item dosis eius ʒ .i. eadem hora exhi-
bita ilico lepram curat. Ita quod eadem die
remouetur. Item dosis eius ʒ .ii. eadem hora
exhibita, omnem pruritum carnis curat.
Item dosis eius ʒ .ii. eadem hora exhibita
commixtum stercore murium, statim somnum
inducit. Ita ut qui gustauerit, non possit
tanquam opio percussus euigilare per tres
uel ad minus duos dies aliquo artificio. Cum
autem euigilauerit prouoca in ipso uomitum
quia in continenti se et alios percuteret :~

Saxifraga est herba satis nota. Rx
ergo huius herbe folia hora diei quarta de
mense Martii cum radicibus libr. quatuor.
et contunde in mortario, et illam massam
contusam pone in olla stagnea habente foramina
quatuor minuta in cooperculo, et pone cum illa
massa sanguinis hyrcini et de succo foliorum
petrosillini, mellis ana libr. ß. et misce cum
albo vino aromatico et subtili, pone ad solem
per quatuor dies usque ad horam sextam. Cum
autem volueris hoc medicamine uti da do-
sim ʒ j. et ß. freneticis, lunaticis et calculo-
sis in continenti mingunt lapidem. Si autem
in eadem dosi de sanguine galli, turturis
et columbe masculorum apposueris ad pondus
ʒ ij et ß. tepidum sicut manabit de anali
omnem maculam oculorum et telam et ne-
bulam curat. et hoc per quatuor dies reite-
rabis. Item si unxeris faciem tuam cum
pinguedine ~~vulpe~~ vulpis, et postea de pre-
dicta confectione vultum roraveris vide-
bis demones et spiritualia usque ad horas iiij
diei etc.



Peonia est herba pluribus nota
collige ergo huius herbe radices
libr. quinque de mense februarii hora diei
quinta contunde in pila diu, et totum con-
tusum pone in olla argentea cum libr. ij.
mellis et libra j. vini optimi albi clari ve-
tusti aromatici. et sint quinque foramina mi-
nuta in cohoperculo olle, et pone per quinque
dies ad solem et repone et utere de hoc
divino antidoto ʒ j. exhibita quinta hora
diei liberat in continenti epylenticum in-
veteratum desperatum, ut postquam gusta-
verit in perpetuum sanus erit. Item dosis
eius ʒ ij. eadem hora exhibita quartanam
sanat. ita ut addatur ʒ j. sanguinis asinini
dum sit calidum. Item dosis exhibita eadem
hora diei quinta ʒ iiij. morsum a cane ra-
bido et omnem ydrofobiam curat, quod
est divinum et mirabile, sed caveat me-
dicus ne post acceptum potum infirmus
videat aerem clarum, sed disponetur
in domo tenebrosa donec liberatus sit.
Item dosis eius ʒ j. et ß. cum lacte mulieris

exhibita eadem hora papismum gamoricam
illico sanat. Item dosis. ℥. j. eadem hora ex-
hibita cum sanguine merule Avis z cygni
℥. ij tepide instillato omnem morsum vene-
nosum illico curat. et omnem spurciciem et
impetiginem et morpheam. et cathiciam et
huiusmodi dispositiones que sunt sine spes
ad lepram pferte curat. Item dos. ℥. iij et ß.
eadem hora exhibita cum urina mule ste-
rilitatem ppetuam inducit. Item dos eius
℥. iiij. cum coagulo mustele et cerebro pas-
seris et sanguine columbi masculi eadem
hora exhibita conceptiuu est. sed oportet
ut accipiatur incontineti post mestrua. Ite
dos eius. ℥. vij. eadem hora exhibita cum
sanguine ciconie in instanti curat podagra
et cyragram et omnem dolorem articloꝝ
et arteticam. Itē dos eius. ℥. ij et ß. cum
sanguine leporis, et farina ordei in qtitat
℥. j. et ß. ptisicos et demoniacos curat. Ite
dosis eius. ℥. vij. eadem hora exhibita cum
sanguine apri et cum sanguine aquile
masculi statim facit dormire et videre



ficta in somnijs et revelare thesauros et
reꝝ euent9. et omem malignum spiritu
fugat. Alexander autem magnus hac po-
tione usus, mlta vidit in somnijs mirabilia
de his que sibi accederunt. et dicitur q re-
gina Amasonu dedit sibi pro munere magno.
Item dosis eius. ℥. j et ß sumpta cu vino ma-
loꝝ granatoꝝ eadem hora exhibita cu vino
℥. ij et ß. omem febrem interpellatam am-
putat. Item dosis eius cum cerebro gallie
puerꝝ. eadem hora exhibita gingiuaꝝ pru-
ritum et ~~dolor~~ dolorem pp nascentes dentes
illico sanat. Item dos eius. ℥. ß. cum balsamo
eadem hora exhibita curat litargine. Itaq
incontinenti ~~fugat~~ surgit, et loqur. Item dos eig
℥. ß. cum tantundem balsami et succo
squille marine eadem hora exhibita cu-
rat incontinenti vomitum. et appetitum
ablatum restituit. Item dos eius cum succo
boraginis ad pondus. ℥. v. et ß. et limatura
auri. ℥. j. omem mliam et tristiciam abster-
git. animum renouat et incontinenti
letificat. Item dos eig. ℥. vij. et ß cum sangue

anseris ʒ. v. et sanguine calido instillato in
continenti liberat mulierem in partu laborantem
et sperma etiam inducit. Item dosis eius ʒ. iiij.
eadem hora exhibita cum sanguine vesperti
lionis ad pondus ʒ. j. visum mirabiliter acuit
et statim postquam biberit de nocte mirabiliter
videt. Item dosis eius ʒ. iiij. et ß. ad pondus
cum sanguine [illegible] ʒ. ij. eadem hora exhibita
curat incontinenti antracem ab omni aposte-
mate venenosa bubone et similia. Item dosis
eius ʒ. v. et ß. cum puluere ligni aloes et
succo urtice. incontinenti colicos et yliacos
liberat. Item dosis eius ʒ. vij et ß. cum butiro
liberat incontinenti ab omni tussi inveterata.
Item dosis eius ʒ. iij et ß cum succo lacture
et camphore. ʒ. j. exhibita eadem hora ca-
stum et continentem facit. Item dosis eius
ʒ. ij et ß. cum sanguine cervi calido instillato
ʒ. j. eadem hora exhibita liberat ab omni
fistula et cancro. et mundat ulcera can-
crosa et saniosa. Ita ut corruptio illico cadat.
et confortet cetera membra quod divinum est.
Item dosis eius ʒ. ij et ß. cum sanguine cervi



upupe et talpe. ʒ. j. eadem hora exhibita
caducos statim liberat. et postquam fuerint li-
berati et a vino abstineant predicunt futura
et habent spiritum propheticum per quatuor uel tres
dies. et hoc miraculum certum est. Item dosis eius
ʒ. j. cum sanguine vulturis ʒ. ij. eadem hora
exhibita, mulierem.

SATIRION est herba que dicitur
plurimum est nota. huius itaque
radices collige libras x. de mense Januarij
hora decima diei et contunde fortiter. et
massam contusam pone in olla de auricalco
habentem in coperculo decem foramina mi-
nuta sicut athomi. et pone cum dicta massa
de lacte vacce calido sicut mulgetur libras
tres. mellis libram j. vini albi aromatici libras
ij. et pone per x. dies ad solem et utere.
huius itaque dosis ʒ. iiij. eadem hora mulieri
exhibita post tempus menstruum eadem nocte
concipiet si vir cum ea coeat. Item si volue-
ris ut procul dubio masculum concipiat
prepara mulierem sic. Accipe succi arthe-
misie libram j. et de felle thauri libram ß.

distempa et commisce et in hac confectione
tep[illegible] fundat, de qua lana mulier
sibi supposi[illegible]ga ad modum virge vi-
rilis faciat et constringenda inter crura interius
immergat. et hoc facto bis uel ter bibat de
ista potione. et illa nocte concipiet masculum
si vir cum ea coeat. quod diuinum est et in-
effabile conceptum. Item dosis eius ʒ. v. cum
sanguine passeris ʒ. j. et ß. eadem hora ex
hibita venerem mouet ultra modum. ita quod
semper posset coire qui inde gustauerit. de-
struitur autem hoc sic. si in eadem potione succi
lacture lib. ß. et camphore ʒ. ij. misceas.
Item dosis eius ʒ. vj. et ß. cum sanguine cor-
nicis ʒ. ij. eadem hora exhibita liberat incan-
tationis ligamentum. Item dosis eius ʒ. ij et ß.
cum sanguine vulpis ʒ. j. eadem hora ex
hibita sciaticam et arteriam eadem hora
liberat et curat. Item dosis eius ʒ. j et ß.
cum. ʒ. j. sanguinis capre et eadem hora
exhibita liberat ab omni fluxu ventris et
sanguinis. quod diuinum est. Item dosis
eius ʒ. vj. cum sanguine leonis uel



cati ʒ. j. eadem hora exhibita in instanti a
febre quartana liberat: sed caue ne quarta-
narius sit multum macilentus. Item dosis
eius ʒ. iij. cum sanguine canis antiqui ʒ. j.
eadem hora exhibita ligat parietes etc.

SALVIA est herba omnibus
nota. et est herba diuina. col-
lige ergo mense decembri foliorum saluie lib.
xx. hora diei xx. contunde. et illud to-
tum contusum pone in olla aurea habente
desuper xx foramina minutissima in coo-
perculo. et appone balsami lib. ß. lactis
mulieris masculum lactantis lib. vij.
mellis lib. ij. vini optimi lib. iij. succi
foliorum boraginis lib. ij. succi plantagi-
nis lib. ß. et pone per viginti dies ad
solem et repone et utere. huius itaque dosis
lib. ß. xx. hora diei exhibita ieiuno sto-
macho. stomachum seruat illesum ab omni
specie febris per viginti annos si tantum
vixerit. Item dosis eius ʒ. ij. et de cor-
nu cerui ʒ. ß. eadem hora exhibita sta-
tim dolorem dentium intolerabilem et

splenéticam sclirosim curat. Item dos ei ʒ. ß.
cum puluere cynamomi et masticis ad pond
ʒ. ij. statim omem uomitum sedat. Item dos
eius ʒ. ß. cum puluere ligni aloes et cube-
barum ʒ. j. et ß. statim singultum et suspiria
et omem difficultatem anhelitus sanat. Item
dosis eius ʒ. xx. cum sanguine Aqle masculi ʒ. x.
eadem hora exhibita in continenti reddit ho-
minem ardua cogitantem affabilem et re-
uerendum. In presentia eius trepidabunt
omia uolatilia domestica et siluestra et
obedient ei. et habebit artus magnos. et fiet
homo in consilio prouidus, negotia tractabit
ardua, et uocabitur a regibus et principibus et
erit in gratia eorum confirmatus. Si uero uo-
luerit contra hostes congredi ter bibat cum
predictis sanguinem Leonis ʒ. j. et si non inue-
nerit sanguinem Leonis bibat sanguinem
Ursi. Item dosis eius ʒ. iiij et ß. cum san-
guine equo ʒ. ij. eadem hora exhibita fa-
cit hominem fortem in duello. similiter in
itinere preseruat hominem ab ~~hon~~ ossium
fractura. et stomachi et collicas per annum purgat



ß. pro emoroydas. Item dos eius ʒ. v. cum sange
testudinis et sanguine agni ʒ. ij et ß. pthisi-
cos impinguat et consumptos et illos qui
disperati sunt quasi eadem die. Item dos eius
ʒ. ß. cum sanguine turturis et sanguine
catuli et sanguine coturnicum ʒ. j. eadem
hora exhibita habet potestatem ut inter ho-
mines inuisibilis conuersetur. et si sangui-
nem Rane apposueris, et si cum sanguine
canis portabis in acie et cum sanguine
upupe de loco ad locum in momento sine
lesione serues. hoc munus excellentissimu
de primicis a deo datum de secretis Ky-
ranidarum uolumine, preceptum ypocratis
est ut nemini reueles. et sic huius libri
finis est.

Explicit Liber Kyran.